Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift

abundabit. et autem qui non habet et quod uidetur habere auferetur abeo. Multi enim sapientes sunt naturaliter et habent acumen ingenii. si fuerint negligentes et desidia bonum naturę corruperint. ad comparationem eorum qui paululum tardiores labore et industria compensauerunt quod minus habuerunt pro dunt bonum naturę et premium quod eis fuerat regnum illum uidentur transire ad alios. Potest et sic intellegi. Et quia fide habet et bona in deo uoluntate etiam si quod minus in opere ut homo habuerit. dabitur a deo iudice. Qui autem fide non habuerit. etiam ceteras uirtutes quas uidebatur naturaliter possidere perdet. Et elegantiam etiam quod uidetur habere inquit auferetur abeo. Quicquid enim sine fide xpi est non debet ei imputari quia male abeo usus est. si illi qui etiam malo seruo naturę bonum tribuit. Et inutile seruum eiecit in tenebras exteriores. illic erit fletus et stridor dentium. Vbi lumen est. quia abeo foras

Iterum carent hominum lumine. Secta Lucam

Dixit dominus ihesus discipulis suis.

Nemo accendens lucernam operit eam uase aut supra lectum ponit. si super candelabrum ponit. ut intrantes uideant lumen. Et. R. Sermo ex commentario Venera

Quia supra bilis Bede presbiteri de eadem Lectione

dixerat apostolis. uobis datum est nosse misterium regni dei. ceteris autem in parabolis. ne ostendit peos aliquando etiam ceteris idem misterium esse reuelandum et peculiarem omnium quia domum dei essent intraturi fidei flammis illustrandum.